

CAPITVLVM XVI. Tempestas

Lectio prima (Carmen conscripsit)

Quaestiones

- Inter quae maria interest Italia?- Italia interest inter mare Superum vel Hadriaticum et mare Inferum vel Tuscum.
- Quod mare “mare nostrum” a Romanis appellatur?- Mare longum et latum quod inter Europam et Africam interest.
- Num Roma ad mare sita est?- Non, Roma viginti milia pasuum a mari sita est.
- Quod oppidum est Ostia?- Ostia est oppidum maritimum quod magnum portum habet.
- Quid est portus?- Portus est locus in ora maritima quo naves ad terram adire possunt.
- Quae res navibus vehuntur?- Navibus non solum merces sed etiam homines vehuntur.
- Cur nautae tempestates metuunt?- Quod magni fluctus, quos ventus facit, naves et nautas in mare mergere possunt.
- Cur nautae ventum secundum in portu opperiuntur?- Quod hic ventus a tergo flat et naves plenis velis per mare vehuntur.

Compendium.

Italia inter mare Superum vel Hadriaticum et mare Inferum vel Tuscum interest. Roma viginti milia passuum ad ora maritima sita est. Illic est Ostia, magnus portus situs eo loco quo Tiberis in mare Inferum influit. Ostiam, ut in omnes portus Italiae, ex omnibus terris naves veniunt, quae merces aut homines vehunt. Nautae autem multos dies in portu ventum secundum opperiuntur, nam saepe aut mare tranquillum aut turbidum est et naves navigare non possunt.

Lectio secunda (Laureanus)

- Quis in puppi sedet? In puppi sedet qui navem gubernat.
- Quomodo navis in medio mari gubernatur? Navis gubernatur per solem aut stellas quae in caelo sunt.
- Quot partes caeli sunt? Partes caeli quattuor sunt: oriens et occidens, meridies et septentriones.
- Iis qui ad meridiem navigant ubi est oriens? Oriens a sinistra est.
- Cur Medus in portu Ostiensi navem conscendit? Quod in patriam suam Graeciam redire vult
- Quid Lydia sub vestimentis occultat? Lydia sub vestimentis parvum librum occultat.
- Quid Medus dicit cum montem Albanum cernit? Medus «Vale, Italia!» inquit, «valete montes et valles, campi silvaeque!»

- Cur Lydia sine lacrimis Roma proficisci non potest? Quod omnes amicas suas Romanas relinquit.
- Quid Medus gubernatorem interrogat? Medus hoc interrogat «quam in partem navigamus?»
- Quomodo in meridiem navigant? Bene navigant vento secundo et caelo sereno.

Compendium

Nauta qui navem gubernat in puppi sedet. Sol aut stellae ei duces sunt. Oriens et occidentes, meridies et septentriones quattuor partes caeli sunt. Medus et Lydia navem quae e portu Ostiensi egreditur conscendunt, quod in patriam suam Graeciam redire volunt. Uterque in puppim ascendunt. Cum iam Romam cernere non possunt, pulchra verba dicunt et Lydia vix lacrimas tenere potest. Medus eam complectitur et verbis consolatur. Paulo post nihil a nave cernitur praeter mare et caelum. In meridiem navigant vento secundo atque sereno.

Lectio tertia (Iesus)

Quaestiones

1. Ubi sunt nubes? Supra mare sunt, in occidentem.
2. Quis est Neptunus? Neptunus deus dominusque maris est.
3. Cur nauta perterritus est? Quia tempestatem venientem opperitur.
4. Quid iubet nautis gubernator? Hic eos iacere merces graves in mare iubet.
5. Quem dominum Lydia invocat? Lydia invocat dominum Iesum Christum.
6. Cur Medus loco se movere non potest? Quia Lydia corpus eius complectitur.

Compendium

Medus atras nubes supra mare videt et gubernator Neptunum, deum maris, invocat, quia simul cum nubibus tempestas oriri solet. Nauta perterritus est. Multa fulgura caelum et mare illustrant, sequuntur tonitrus, imbres et ventus. Navis fluctibus iactatur et aqua impleri incipit. Nautae merces graves in mare iacere debent, aquam tamen haurire non possunt. Lydia dominum Iesum Christum invocat. Medus et Lydia labuntur. Lydia iterum Christum invocat. Tum ventus cadere incipit.

Vocabulorum acervus: Lucianus

appellare = nominare, cum nominibus uocare.

ater = niger (inde atrium).

cernere = uidere.

conari: praetendere.

fluctus: unda, aqua fluctuans.

fulgur: splendor, id quod lucet.

gubernator: qui nauem gubernat et regit.

haurire: rem liquidam absorbere:

intueri = spectare.

labi = cadere.

laetari = gaudere.

merx: mercimonium, res uenalis.

nauta: qui in naue nauigat.

ora: maris litus.

oriens ↔ occidens.

paulum ↔ multum.

portus: nauium receptaculum.

proficisci = abire.

puppis: pars posterior nauis ↔ prora

semper: omni tempore.

serenus: caelum tranquillum, quietum

seruare: retinere, tueri.

tempestas: procella, uis uentorum.

tonitrus: sonus qui fulmen sequitur.

tranquillus: mare quietum.

turbidus ↔ clarus.

uelum: linteum in malo nauis quod uentos excipiens nauem impellit.

uentus: aer in mouimentum.

uereri = timere.

Colloquium: Iosephus

Nuntii Xerenses

Die decimo mensis Ianuarii a. MMVII

(Iohannes)

Colymbi seu natabuli lapidem primam quae dicitur magistra civium Xerensis una cum aliis magistratibus Regiminis Baetici (etiam Leonardus Chaves, Praesidis frater) heri collocavit. Acta diurna Diario de Jerez enim nuntiat hoc natabulum tecto opertum in regione meridionali nostri oppidi unum annum extractum iri. Attamen, cum comitia municipalia vicina essent, socii Curiae Xerensis, Factio Socialista et Factio Baetica videlicet, inter se fortiter pugnant meritum operis illius sibi quisque vindicantes.

Auctor natus Rutae, quod oppidum non multum a Xere distat, Philippus Benítez Reyes locum primum in certamine *Nadal* obtinuit ob meritum suae fabellae *Mercado de espejismos* intitulatae. Commercium operarum artium illic ironice tractat, ut fabulae historicae mori illudeat, qui usus nostris diebus tot cultores habet. Benítez Reyes facere conatur idem atque Cervantes ille cum suo Quixote id fecerat, scilicet parodiam seu ridiculam carminis imitationem. In nostri auctoris libro actores principales, praedones duo iam seniores, munus rapiendi Regum Magorum reliquias in Coloniae Claudiae (hodie Colonia, in Germania) ecclesiâ servatas suscipiunt.

Capitulum XVII. Numeri difficiles

Lectio prima (Laureanus)

Quaestiones

Cur magister pueros multas res docere potest? Quod is multas res scit quas pueri nesciunt.

Quis est discipulus stultus? Qui paulum aut nihil discere potest.

Quid magister discipulum quemque iubet? Magister eos considerare iubet.

Quot sunt triginta et viginti? Quinquaginta sunt.

Quot pueri manum tollunt? Nemo eorum manum tollit.

Cur responsum Marci pravum est? Quod triginta et decem non sunt “quinquaginta” sed “quadraginta”.

Compendium.

Magister pueros numeros et litteras docet quia is vir doctus est sed illi adhuc indocti sunt. Hic cognoscimus discipulos stultos, pigros et industrios. Magister omnes discipulos considerare iubet et eos numeros docet.

Titus numeros decem usque ad viginti duo dicere coepit. Tunc magister eum interpellat: “a viginti dic decimum quemque numerum tantum, Tite”. Hoc facit Titus. Sextus a numero centum usque ad numerum mille idem facit. Cum magister eis: “quot sunt—inquit— triginta et decem?”, omnes pueri simul respondent. Titus et Sextus dicunt “quadraginta”, Marcus vero “quinquaginta”. Responsum Marci pravum est.

Lectio secunda (Iesus)

Quaestiones

Cur magister Titum et Sextum laudat? Quia ii discipuli prudentes atque industrii sunt.

Quot sunt triginta et octo? Triginta et octo sunt duodequadraginta.

Cur Marcus numquam a magistro laudatur? Quia semper prave et stulte respondet.

Cur Marcus magistrum semper Titum et Sextum laudare putat? Quia patres eorum amici magistro sunt.

Nonne Quintus bonus discipulus est? Quintus bonus discipulus est et a magistro laudatur.

Compendium.

Magister Titum et Sextum laudat quia bene respondent. Deinde Marcum interrogat de numeris. Marcus prave respondet et magister eum reprehendit. Marcus magistrum quaerit “cur semper a te reprehendor?, cur semper interrogor?” Titus dicit “ego et Sextus quoque saepe interrogamur, sed magister nos laudat”. Marcus respondet “magister vos laudat quia amicus est patribus vestris sed inimicus meo”. Sextus dicit magistrum saepe Quintum, fratrem Marci, laudare. Sed hodie Quintus abest.

Lectio tertia (Carmen)

Quaestiones

1. Quid ex saculo suo magister promittit?.- Magister duos nummos promittit, assem et denarium.
2. Quot asses est unus sestertius?.- Unus sestertius est quattuor asses.
3. Quot sestertii est unus denarius?.- Unus denarius quattuor sestertii est.
4. Quem primum interrogat magister?.- Magister Titum interrogat.
5. Quem deinde interrogat?.- Deinde Titum quoque interrogat.
6. Cur Titus non recte respondet?.- Quod duodequingenta numerus difficilis est.
7. Cur magister assem Sexto dat?.- Quod responsum certum magistro dat.
8. Quare necesse est numeros difficiles discere?.- Quod oportet computare scire.
9. Cur magister nihil Marcum docere potest?.- Quod Marcus stultus ac tam piger quam asinus est.

Compendium.

Magister assem et denarium discipulis ostendit et eos computare docet. Interrogat Titum, qui primum recte respondet, quamquam digitis computat. Sextus autem respondere vult, cum Diodorus rursus Titum interrogat; magister eum exspectare iubet antequam interrogatur. Titus vero magistro responsum incertum dat et is responsum certum a Sexto poscit. Sextus statim recte respondet et magister eum laudat assemque ei dat. Marcus “magistrum largum non esse” dicit neque tot numeros difficiles discere vult, quod “se neque asses habere, neque eos partiri cum fratre suo velle” dicit. Postremo magister nihil eum docere potest.

Colloquium: Lucianus

Personae: Magister, discipuli.

- Salve, magister.
- Saluete, discipuli. Hodie tempus est Romanos numeros discedere.
- Sed haec lectio multum difficile est, quia numeri non nobis placent.
- Nihil refert. Quot sunt octo et quadraginta?.
- Quadraginta et octo.
- Praue. Quadraginta et octo non dicitur, sed duodequingenta.
- Quam difficiles sunt Romani numeri!
- Tunc, quot denarii sunt duodequingenta sestertii?
- Duodequingenta sestertii sunt duodecim denarii.
- Immo, Romani numeri faciles non sunt!.

Vocab: Iohannes

discere: in ludo discipulus discit et magister docet

nescit <> scit, cognoscit

industrius: diligentissimus <> piger

nemo: nullus vir, nulla femina (ne ullus homo)

tollere: in altum aliquid, ut manum, portare.

tempus est (cum infinitivo): nunc est occasio...

triginta ET decem: triginta + decem

pravus <> rectus prave, recte

quamquam: coniunctio concessiva quâ obstaculum orationi principalis (ubi 'tamen' scribimus) explicamus / obstaculum praepositum quod tandem superamus.

non convenit (+ infin.): bonum nobis non est

veremur= timemus

promit= sumit

ut scitis: ut iam cognoscitis

opperior= exspecto

oportet= convenit

tibi licet respondere: potest

largus, qui multum dat; largiri: multum dare

partiri: in partes dividere

as, denarius: nummus

Capitulum XVIII. Litterae Latinae.

Lectio prima Carmen

Quaestiones

1. Quot sunt litterae Latinae?. Litterae Latinae viginti tres sunt.
2. In quibus vocabulis reperiuntur litterae Y et Z?. Y et Z in vocabulis Graecis reperiuntur.
3. Num K littera frequens in lingua Latina est?. K littera rara in lingua Latina est.
4. Quomodo parvus discipulus legit?. Parvus discipulus quamque litteram cuiusque vocabuli legit.
5. Ubi scribit quisque discipulus?. Quisque discipulus in tabula sua scribit.
6. Quid scribunt discipuli?. Discipuli scribunt sententias quas magister iis dictat.
7. Omnesne discipuli recte scribunt?. Sextus tantum recte scribit.

Compendium

Parvi discipuli litteras Latinas, magni litteras Graecas in ludo discunt. Litterae sunt et vocales et consonantes, cum quibus syllabae fiunt. Vocalis syllabam per se facere potest, consonans vero per se syllabam facere non potest. Cum syllabae iunguntur, vocabula fiunt. Cum vocabula coniunguntur, sententiae fiunt.

Magister pueros legere docet, nam ipse et libros Latinos et libros Graecos legere potest. In ludo quisque discipulus non modo legere discit, sed etiam scribere in tabula sua eas sententias, quas magister ei dictat. Sed non omnes recte sententias magistri scribunt.

Lectio II (Luciano.)

Quaestiones

Compendium

Magister sibi discipulos eorum tabulas dare iubet. Hi magistro tabulas suas dant. Is tabulam cuiusque pueri in manus sumit litterasque eorum aspicit. Titi et Marci litterae legi non possunt, quia foedissimae sunt.

Magister Titi litteras comparat cum Marci litteris. Certe Titi litterae pulchriores sunt quam Marci, quod is rectius scribit quam Marcus; Sexti tamen litterae pulcherrimae sunt.

Magister stilo suo addit litteras quae desunt, quia Marcus turpiter scribit et quattuor menda in quinque uocabulis facit. Marcus etiam nimis leuiter scribit et suas lineas tenues uix cerni possunt. Igitur necesse est eum stilum grauius in ceram premere.

Marcus eius tabulae ceram prope tam duram esse quam ferrum magistro dicit. Sed magister Marco eandem tabulam reddit et dicit eius ceram tam mollem quam Sexti esse.

Quaestiones:

1. Quid discipulis magister iubet?
2. Quid magistro discipuli dant?
3. Vbi magister cuiusque pueri tabulas tenet?
4. Quid in eorum tabulis aspicit?
5. Cum quibus litteris Titi litteras magister comparat?
6. Quo modo magister addit litteras quae desunt?
7. Cur stilum grauius in ceram premere necesse est?

Lectio III Laureano

Quaestiones

Quoties Marcus litteram V scribit? . Marcus ut piger discipulus quater tantum litteram V scribit.

Quomodo Marcus uocabulum NASUM scribit? Marcus ter recte et bis prave scribit.

Quae uerba Marcus magistro reddit? “Non semper dicimus idem atque scribimus”.

Num Marcus ipse epistulas scribit? Non, sed Zenon ei dictat.

Discipuli stilo in cera scribunt. Idem magister facit? Non, magister calamo in charta scribit.

Quid Diodorus discipulos interrogat? Ille interrogat: “qui dies est hodie?”.

Quid respondit Titus? “Hodie Kalendae Iuniae sunt”.

Num discipuli omnes magistro mercedem dant? Non, Sextus et Titus mercedem dant sed Marcus eam non dat.

Quomodo magister epistulam signat? Anulum suum in ceram imprimit.

Compendium

Marcus, ut piger discipulus, litteram scribere non uult toties quoties magister ei iubet. Marcus uocabulum NASUM ter recte et bis prave scribit.

Marcus ab initio sententiam scribere incipit: "HOMO HOCULOS". Magister eum reprehendit dicens: "Num tu hoculos dicis? Tace, improbe. Dele litteram H". Postremo Marcus: "Quare –inquit- nos scribere doces, magister?."

Magister: "Cum pater tuus aut alius familiaris et amicus absunt, oportet te epistulas ad eos scribere". Magister calamo in charta scribit, non stilo in cera ut discipuli (charta ex papyro efficitur; haec vocabula Graeca sunt). Diodorus discipulos interrogat: "Qui dies est hodie?"

Titus respondet: "Hodie Kalendae Iuniae sunt". Magister tunc "Recte dicis -inquit- ergo date mihi mercedem". Sextus et Titus magistro mercedem statim dant. Marcus vero non dat. Magister epistulam signat anulum suum in ceram imprimens.

Vocabularium (lesui)

Zephyrus: ventus qui ab occidente flat.

Rarus, -a, -um <> frequens (= multus).

Idem, eadem, idem: alter sicut alter.

Ita: eo modo.

Iungere <> dividere.

Coniungere: cum + iungere.

Sententia = oratio.

Uterque, utraque, utrumque: alter et alter.

Varius, -a, -um <> idem, eadem, idem.

Erus = dominus.

Fortiter: eo modo pugnat miles fortis.

Qualis, -e?: quomodo?

Talis, -e: qui ita est.

Simul: eodem tempore.

Exaudire: audire quod parva voce dicitur.

Turpis, -e: foedus, -a, um; turpiter: foede.

Deesse = abesse <> superesse.

Pulcher, *comp.* pulchrior, *superl.* pulcherrimus.

Piger, *comp.* pigrior, *superl.* pigerrimus.

Facilis, *comp.* facilior, *superl.* facillimus.

Mendum: quod male facimus aut scribimus.

Corrigere: rectum facere.

Addere: ponere quod deest <> delere.

Leviter: modo levi.

Bestiola, -ae: parva bestia.

Apis: bestiola quae ceram et mellem facit.

Efficere: facere ex aliquo.

Ferrum: materia dura ex qua gladii et styli efficiuntur.

Animadvertere: videre vel audire.

Premere: manu impellere.

Imprimere: im + premere.

Signare: in cera anulum imprimere.

Impiger <> piger.

Calamus: eâ cannâ in papyro scribimus.

Kalendae: dies primus mensis.

Merces: pecunia quam magister a patribus accipit.

Quoties?: quot vices?

Semel: una vice; bis: duabus vicibus; ter: tribus vicibus; quater: quattuor vicibus; quinquies, sexies, septies, octies, novies, decies...

Toties. Tot vices.

Colloquium (Iohannes)

adhibita sunt vocabula recentiora ad rem scriptoriam pertinentia.

In conclavi discipuli colloquuntur.

Marcus Nonne tibi difficile est recte litteras facere cum in charta scribis, Anna?

Anna Sane, amice, sed me valde adiuvat altera charta ubi lineas rectas pingo. Tum secunda charta sub eam quâ scribo ponere soleo. Itaque eae lineae meam scripturam ducunt.

Marcus Euge! bonum consilium est. Quo instrumento autem lineas pingis?

Anna Eas graphio latâ acie /acumine scribo et eo modo per superiorem papyrum alterum subiacentem aspicere possum.

Marcus Licetne atramento quovis an tantum quosdam colores adhibes?

Anna Ut magis tibi placet, Marce, mihi quidem delectat nigro colore lineas scribere.

Marcus Revera tuum consilium auxilio magno mihi est et id capio, sed mihi magis placet atramentum caeruleum quam atrum.

Anna Et vocabulum 'atramentum' e colore 'ater' originem ducit, nonne? Profecto quodam die in futurum, cum iam hanc consuetudinem tenemus, nobis scriptura manualis pulcherrima est. Tunc sine chartae auxilio recte documenta scribimus.

Marcus Quin etiam ordinaturo scribere facilius est, quod tantum necesse est bene cognoscere claviaturam /plectra ubi claves recte premimus et in scrinio aut quadro rectissimae lineae scribuntur quae pulcherrimae postea imprimuntur.

Nuntii (sive colloquium/loquella de quodam argumento inter sodales instituta erit: ut de rebus ad scribendum necessariis.) noli, Iohannes, oblivisci colorum (quibus e.gr. atramenta describuntur)

Capitulum XIX

de ludis athleticis ('athlon' mihi videtur duci e Graeca lingua, an certum?)

Lectio prima

Quaestiones

Quae tria signa in peristylo sunt? unum Iunonis, alterum Cupidinis, tertium Veneris

Qui deus est Veneris maritus? maritus Veneris profecto Vulcanus est.

Qui sunt Mars et Vulcanus? ii fratres atque Iunonis et Iovis filii sunt.

Qui est omnium deorum pessimus maritus? Iuppiter est.

Qui homines Venerem et Cupidinem invocant? Amantes

Cuius qualitatis Venus dea est? Pulchritudinis dea est.

Qui est maior quam ceteri inter liberos Iulii? Marcus maior quam Quintus et quam Iulia est.

Cum Iulius viginti annorum adulescens erat, ubi erat eius domus? Non procul domus aberat ab Iuliae domo.

Ubi est templum Iovis Optimi Maximi? In Capitolio est.

Ubi sunt cetera templa deorum? Circum forum Romanum sunt.

Compendium

Maritus et uxor inter columnas et signa peristyli ambulant. Tria pulchra signa deorum sunt in peristylo. Iunonem invocant matres familias, Venerem Cupidinemque amantes. Iuppiter pessimus maritus est. Iulius autem bonus maritus est qui uxorem neque ullam feminam amat. Liberi Iuli et Aemiliae sunt duo filii et una filia. Ante decem annos Iulius erat adulescens viginti duorum annorum, sed Iulia virgo septendecim annorum erat. Roma est urbs maxima atque pulcherrima totius imperii Romani. Roma enim plurimos homines atque plurimas domos habet.

Lectio secunda

Quaestiones

Cur pater Iulii homo dives erat? Quod magnam pecuniam et multas villas possidebat.

Cur Iulius, adulescens dives, virginem pauperem amabat? Quod haec virgo proba ac formosa erat.

Quem virum amabat Aemilia? Aemilia virum Crassum Divem amabat.

Qua causa Crassus Aemiliam non amabat? Quod illa et eius parentes pauperes erant.

Quid Iulius ad Aemiliam mittere solebat? Rosas aliosque flores.

Quomodo hodie sunt Iulius et Aemilia? Beati sunt et amor eorum non minor est quam tunc.

Compendium

Pater Iulii homo dives erat quia magnam pecuniam et multas villas praeter domum Romanam habebat. Sed pater Aemiliae pauper homo erat qui tantum unam domum possidebat. Iulius Aemiliam amabat. Haec virgo pauper sed

proba ac formosa erat. Sed tamen Aemilia Iulium non amabat. Ergo Iulius miser erat.

Aemilia virum Crassum Divem amabat neque vero ab eo amabatur quia eius parentes pauperes erant. Aemilia nunquam Iulium salutabat sed hic cotidie epistulas ad eam scribebat et rosas aliosque flores mittere solebat.

Initio Aemilia epistulas et dona ad eum remittebat sed post paucos dies neque epistulas neque flores. Anno post coniuges erant. Etiam hodie amor inter eos non minor est quam tunc.

Lectio tertia

Quaestiones

Cur alius vir Romanus Aemiliam non amabat? Quia virgo pauper erat.

Cur Aemilia nunc femina beata est? Quia bonum maritum habet, tres liberos et villam magnificam.

Cur Iulius, dives adulescens, Aemiliam amabat? Quia Aemilia erat pulcherrima virginum Romanarum.

Num hodie Aemilia pulchrior quam antea est? Non, ea tam gracilis non est.

Quare Iulius Aemiliam crassiorem fieri putat? Quia nunc cibum meliorem est.

Quid Iulius non intellegit? Quod non solum amor sed etiam familia tempore auget.

Compendium

Post decem annos amor inter Iulium et Aemiliam non minuitur, sed auget. Antea Iulius adulescens miserrimus erat quia Aemilia eum non amabat. Aemilia quoque miserrima erat quia alium virum Romanum amabat, qui eam non amabat quod pauper erat. Nunc Iulius et Aemilia beati sunt, in villa magna habitant et tres liberos habent. Aemilia a Iulio amabatur quod pulcherrima virginum Romanarum erat. Hodie Aemilia non tam pulchra est quam antea neque tam gracilis. Maritus "Nunc tu meliorem cibum quam apud parentes tuos es, aut plus", dicit. Aemilia "Nec plus nec minus quam opus est edo, amor et familia tempore auget", respondet.

Vocabularium

(Luciano attributum)

Colloquium

Iulia et Aloisius colloquium de suis feriis aestivis habent.

Iulia: Valde visere Romam cupio, quamquam ea urbs a domo nostra longissime abest. In feriis igitur iter Romam facere volo. Tune mecum venire vis?

Aloisius: Multum mihi placet tecum Romam ire, imprimis quia adhuc Romam non novi.

Iulia : Nesciebam te Romam adhuc non novisse.

Aloisius: Verum est. Sed quomodo usque ad eam urbem vehemur? Utrum autocinetum an tramen sumemus?

Iulia: Nobis necesse erit tramen sumere, nam bene scis stratas autocineticas in tempore aestivo nimis refertas esse.

Aloisius: Nave tamen aut aeroplano vehi possumus ...

Iulia: Num mihi nauseam esse nescis?

Aloisius: Verum est. Ergo tramine ferri possumus; sic sine ulla fatigatione Romam adveniemus.

Iulia: Cum ad stationem ferriviariam Romanam adveniemus, taxiraedâ ad deversorium vehi possumus.

Aloisius: Quod deversorium?

Iulia: Deversorium quod iam antea hic quaesiverimus. Hoc modo non multum temporis teremus. Decem annos ante Romam cum amicis Lycei visitabam. Iam tunc Roma mihi pulcherrima omnium urbium esse videbatur atque maior quam aliae multae.

Aloisius: Quae aedificia Romana tibi magis placent?

Iulia: Nescio utrum Amphiteatrum Flavium an villae pulcherrimae, quae in monte Palatino sunt.

Aloisius: Tu iam valde commota esse videris. Ego quoque iam gaudeo de itinere nostro. Sine dubio optimum iter faciemus.

Aliqua vocabula de teniludio

Teniludium,-i: tenis

Tenilidius,-i: tenista

Teniludia,-ae: tenista

Teniludium pratense: tenis de hierba

Teniludium campi durati: tenis en superficie rápida.

Ludus singularis: juego individual

Ludus bis binorum: pareja

Reticulum,-i(manubriatum): raqueta

Pila,-ae: pelota

Deiectus,-us aut deiectio: saque

Ictus directus: derecho

Ictus inversus: revés

Puer pilarius: recoge pelotas

de pedifollio

pedifollium i, fútbol

pedifolle lúdere, jugar al fútbol

campus lusorius, campo de juego

porta ae, portería

rete is, red

area portaria, área de portería o área pequeña

area poenalis, área de penalty

follem per portam iacere / follem portae inferre: marcar un gol

pila ae, pelota pequeña, como la de tenis

pedifollis is, balón de fútbol

follis is, balón grande (de playa o algo así)

portarius, i, portero / ianitor, oris, portero

defensor oris, defensa

oppugnator oris, atacante

lusor liber, libero o libre

arbiter tri, árbitro

iudex linearius, juez de línea

seorsum stare, estar en fuera de juego
sibilus i initialis e, silbido inicial
sibilus finales, silbido final
dimidium tempus, mitad del tiempo
chártulam rubram, flavam monstrare, enseñar tarjeta roja...
aliquem a campo relegare, expulsar a alguien
poenaliter ágere (+dativo, supongo) cometer falta contra...
iniectus us lateralis, saque de banda
linea lateralis, línea lateral
iactus angularis, córner
status finalis, resultado final
(S. ALBERT, *Imaginum Vocabularium Latinum*, p.45)

pedifollem promovére, llevar la pelota
alicui pedifollem eripere, quitarle la pelota
in actu, en la jugada
impetus us, el ataque
cursor centralis, los centrales
periculum alicui instare, el peligro se cierne sobre alguien
ianitor follem capit, el portero para el disparo, el balón
alterum dimidium temporis, la segunda parte
capite follem portae inferre, cabecear a gol
ad commilitones suos follem trudere, sacar el balón, pasar el balón a sus compañeros
ictus us, disparo, tiro
nulla ad nulla, cero a cero
iactus undecim metrorum, penalty
follem per portam iacit, marca un gol
quinque minutae restant, quedan cinco minutos
unum ad nulla, uno a cero
(S. ALBERT, *Cotidie Latine loquamur*)

In proxima sessione Cap. XXⁱ pensa haec agenda sunt:
I Iosepho

II Carmen

III Laureano

Colloqu. Iesui

Vocabularium, Luciano

Nuntii de rebus athleticis: omnibus sodalibus voce magna loquendo nuntii scribendi erunt.

✓ mittere ad Iosephum vocabula de scriptura debeo.

Capitulum XX. Parentes

1.- Exiguae quaestiones

- .- Ubi parvulus infans cubare solet? In cunis cubare solet.
- .- Quomodo parvulus infans cibum postulat? Parvulus infans qui cibo caret magna voce vagit.
- .- Quomodo infans alitur? Mater infantis ad pectus suum apponit et is lac matris bibit.
- .- Quomodo vocatur mulier quae alium infantem alit? Ea nutrix vocatur.
- .- Quot liberos Iulius et Aemilia habent? Tres liberos habent.
- .- Quot liberos post paucos menses habebunt? Quattuor liberos habebunt.
- .- Cur quattuor liberos habebunt? Quia Aemilia rursus parvulum infantem habebit.
- .- Quid faciet initio infans? Infans prima verba atque primos gradus faciet.
- .- In parentum cubiculo, ubi ancillae cunas ponent? Ancillae ante eorum lectum cunas ponent.

2.- Compendium primae lectionis

Infantes sunt pueri qui nondum fari possunt. Parvuli infantes neque somno neque cibo carere possunt. Cum infans cibo caret magna voce vagit et mater ad pectus suum apponit. Infans lac matris bibit. Si mater infantem suum alere non potest aut non vult, alia mulier quae nutrix vocatur eum alit.

Post paucos menses Aemilia rursus parvulum infantem habebit et cunae iam vacuae non erunt. Iulius et Aemilia infantem suum aeque amabunt. Infans suos parentes "Mamma et Tata" appellabit.

Ille solus ambulare incipiet et parentes laeti eum laudabunt. Simul plura verba discet et recte loqui sciet. Infans lac Aemiliae bibet. Cunae in cubiculum parentum portabuntur atque ante eorum lectum ponentur. Si infans bene dormiet, parentes quoque bene dormient.

Lectio prima (Iosephus)

Quaestiones

1. Quid est infans? **Parvulus puer est qui nondum fari potest.**
2. Quibus rebus infans carere non potest? **Nec cibo nec somno carere potest.**
3. Quomodo parvus infans cibum postulat? **Magna voce vagit, cum ali vult.**
4. Quo cibo infans alitur? **Lacte matris vel alterius mulieris alitur.**

5. Cur multi infantes Romani a matribus non aluntur? **Quia ipsae eos alere nolunt, quod pulchrae iuvenesque manere volunt**
6. Quis erit post paucos menses in cunis Aemiliae? **Novus infans in iis erit.**
7. Anno post quomodo pater et mater ab infante appellabuntur? **“Mamma” et “tata” appellabuntur.**
8. Quis, cum infans ambulare incipiet, eum initio sustinebit? **Pater eum sustinebit et manu ducet.**
9. Quae alia mox infantem aget? **Plura verba discet et mox recte loqui sciet.**
10. Nutrixne infantem Iulii alet? **A matre ipsa novus infans aletur.**
11. Quid bibet parvulus infans? **Lac matris tantum bibet.**
12. Si infans bene dormiet nec vagiet, quid agent parentes? **Ii quoque bene dormient nec e somno excitabuntur.**

Compendium

Iulius adhuc cum uxore in peristylo colloquitur. Aemilia post paucos menses novum infantem habebit. Tunc Iulio et Aemiliae quattuor liberi erunt. Initio parvus infans in cunis cubabit. Infans nec somno nec cibo carere poterit. Hic lac matris bibet, quod infans Aemiliae (nullo modo) minime ab alia muliere aletur, quamquam nunc multae matres Romanae infantes suos alere ipsae nolunt. Cum parvus puer loqui incipiet, parentes “mamma” et “tata” appellabit, quod is nomina “mater” et “pater” dicere non poterit. Mox pater infantem sustinebit et manu ducet, cum is ambulare incipiet. Quoque die, vesperi, duae ancillae eum in cubiculum parentum portabunt et apud lectum eorum in cunis ponent. Si infans non vagiet, parentes dormire poterunt; sin vagiet, ab infante vagiente excitabuntur et mane valde fessi erunt.

Lectio secunda (Carmen)

1. De quo loquuntur Iulius et Aemilia? Sermo eorum de tempore futuro est.
2. Quid accidet tempore futuro? Aemilia novum infantem habebit.
3. Num Aemilia parvulum filium habere vult? Aemilia alteram filiam habere vult.
4. Cur laeta non est Aemilia? Quod Iulium magis alterum filiolum amare quam filiolum putat.
5. Cur Aemilia incerta consistit? Quod maritus eam apud se manere iubet.

6. Aletne Aemilia ipsa infantem suum? Profecto Aemilia ipsa suum infantem alet.
7. Cur Iulius cum infante in eodem cubiculo dormire non vult? Quod ne unam horam quidem dormire poterit si infans vagiet.
8. Quid Aemilia officium matris esse dicit? Aemilia matrem ipsam infantem suum curare et alere debere dicit.
9. Quid Iulius officium patris esse dicit? Iulius patrem pecuniam facere ac familiam alere debere dicit.

Compendium:

Iulius et Aemilia in peristylo de tempore futuro colloquuntur, nam Aemilia novum infantem exspectat. Aemilia parvulam filiam habere vult, maritum vero parvulum filium habere velle putat. Iulius Aemiliae se neminem amare quam parvulam filiam dicit. Haec verba Iulii tamen Aemiliam consolari non possunt, quae surgit et gradum adversus ostium facit. Iulius eam revenire iubet et coniuges colloqui pergunt. Aemilia se ipsam non tantum infantem alere sed etiam curare atque somnum suum vigilare dicit. Itaque infans in cubiculo eorum dormiet. Iulius officium suum somnum infantis vigilare non esse, sed pecuniam quaerere et familiam suam alere dicit.

Lectio tertia (ipse)

Quaestiones

Cui occurrunt Syra una cum Iulia peristylum intrantes? **Eae Aemiliae occurrunt.**

Quomodo caelum est? **a nubibus atris opperitur**

Quid aspiciunt Iulius et Aemilia in atrio silentes? **Ii imbrem in impluvium cadentem aspiciunt.**

Quo ibit cras /crastino die Iulius? **Romam ibit.**

Quando domum revertetur? **Tertio die revertetur.**

Quid Iuliae rogat pater? **«Nonne gaudebis si sororem habebis?»**

Num licet Iuliae 'tata' et 'mamma' dicere? **Minime, Aemilia imperat eam 'pater' et 'mater' dicere.**

Compedium

Cum Iulia et Syra Aemiliae occurrunt, ei dicunt imbrem habere quia caelum a nubibus atris opperitur. Eae enim umidae erunt si in horto manebunt. Iulia laetatur quod Iulius nauta non est sicut nautae multi qui in mare merguntur.

Tum vero tristis est Iulia cum patrem Romam ire audit. Iulia patri itaque poscit eum reverti cotidie. Iulio silente, Aemilia filiae rogat: nonne gaudebis quod sororem habebis? «Laeta ero» inquit Iulia, «si aequae diligimur». Postremo Aemilia non vult filiam dicere ‘tata’ et ‘mamma’.

COLLOQVIVM (Iesus)

Antonius et Lydia valde fessi sunt. Multum laborant et necesse est iis dormire, sed hac nocte dentes novo infanti dolent. Lydia parvulum Antonium vagientem ad suum pectus apponebat, infans tamen lac non bibebat, tantum plorabat.

Antonius: Cunas move, mulier! Sic parvulus infans denique dormiet, et nos quoque paululum dormire poterimus.

Lydia: Noli curare, mi marite. E lecto surgam et cum eo dormiam in cubiculo quod prope ianuam habemus. Sed, hora quota est? Nostra Iulia nondum advenit. Sollicita sum. Isto tempore Saturnalium iuvenes nimis bibunt et sine dubio puella cum amicis suis saltabit, sigarella fumabit et postea... nonnullas potiones bibet.

Infans: Uhuhu!

Antonius: Quid dicis, mea mulier? Num nostra parva puella in lecto suo non dormit?... Et quales ii sunt amicae? Filiamne nostri medici et gemmarum mercatoris filiam pravas socias esse dicis?... Sollicitus quoque sum, sed dormire debeo, tu Iuliam exspecta..

Infans: Uhuhu!

Lydia: Iam quadraginta minutas cunas moveo, infans tamen plorat ploratque. E lecto surge, quaeso. Num mihi iuvare potes, marite?

Antonius: Sed viro industrio somnus necessarius est!

Infans: Uhuhu!

Lydia: Ego quoque in officina totum diem laboro... Sed, quid est? Fragorem audio. Iulia... ab amico suo... autobirota vehitur et galeam non portat! Credo ebriam esse. Antoni, sine dubio filia tua clavis oblita est. Ianuam aperi, sed tace... infans tandem quiescit.

Antonius: Da mihi parvulum. Ego nunc cunas movebo, tibi oportet cum filia tua loqui.

Lydia (irata): Quid? Tu mihi dicere solebas, “nos praesto parvulum Antonium habebimus et felices rursus erimus”. Satis non erat formosam et integram puellam habere, par liberorum volebas. Nunc enim laborandum est nobis magis quam antea quia duos liberos habemus, sed minus quam antea dormimus quod parvulus Antonius raro tacet et formosa Iulia raro ad villam mature advenit. Satis, satis superque.

Infans: Uhuhu! Uhuhu!

Cap. XXI. Pugna discipulorum

Lectio prima (Iesui)

QVAESTIONES

- Cur difficile est Marcum cognoscere? Quia sordidus est et sanguis de naso eius fluit.
- Qui filii per imbrem ambulaverunt? Non modo Marcus, sed etiam Titus et Sextus per imbrem ambulaverunt.
- Cur sanguis de naso fluit Marco? Quia Sextus Marcum pulsavit.
- Ubi filii pugnaverunt? Filii pugnaverunt in via angusta.
- Cur sordidi sunt pueri? Quia ii humi iacuerunt.
- A quibus Sextus pulsatus est? Sextus a Marco et Tito pulsatus est?
- Num parentes Sextum audiverunt? Non, vox eius a pueris tantum audita est.

COMPENDIVM

Marcus e ludo domum revertitur, sordidus est et sanguis de naso eius fluit quia a Sexto pulsatus est in via angusta inter Tusculum et villam Iulii. Primum Sextus os Marci pugno pulsavit et Marcus humi iacuit. Deinde vox Marci a Tito audita est et ille Sextum oppugnavit. Sextus, qui maior quam ceteri discipuli est, a Marco et Tito pulsatus est.

Lectio II Luciano

Compendium:

Iulius sanguinem in facie sui filii conspicit, quoniam Sextus hunc pulsavit. Cum pater filium quaesivit, is pugnae causam explanavit. Marcus se et Titum excusare conatur, quia cum Sexto, puero maiore, pugnaverunt.

Tunc Iulius filium reprehendit, nam certe non decet pulsare puerum minorem, sed duos pueros cum uno pugnare indignissimum erat, quod nullo modo excusari potest.

Deinde Marcus cum Dauo in cubiculum intrat, ubi se lauat et vestimenta mutat. Puer uestem sordidam ponit aliamque uestem mundam et candidam induit. Marcus, posquam uestem mutavit, mundus redit et matrem, Aemiliam, salutavit, quae nesciebat omnia.

Quaestiones

- *Iulius:* Quid tibi accidit, fili?
- *Marcus:* Bos iratus me pulsavit
- *Iulius:* Qui te pulsavit cornua non habebat. Dic ergo ueritatem.
- *Marcus:* A Sexto equidem pulsatus sum.
- *Iulius:* Quis pugnam coepit?
- *Marcus:* Primum ille suo pugno sine causa me pulsavit, sed deinde ego illum pulsavit.
- *Iulius:* Tunc solus istum puerum pulsauisti?
- *Marcus:* Non, ego et Titus eum pulsauimus.

- *Iulius*: Vnum uos duo pulsauistis?
- *Marcus*: Sed cum puero maiore pugnauimus, nam Sextus multo maior ac ualidior est quam ego. Sextus tam ualidus est quam bos!
- *Iulius*: Vnumne uos duo pulsauistis? Nam certe non decet pulsare puerum minorem, sed duos pueros cum uno pugnare indignissimum est. Itaque, satis iam audiui de uestra indigna pugna. Puer Romanus in pugna nobilis semper uidetur. Nobilitas sola est atque unica uirtus, nam nobilitas sola magis ornat quam parentes.

Lectio III Laureano

Cap. XXI

Lectio prima

1.- Exiguae quaestiones

- Cur difficile est Marcum cognoscere?
- Qui primum pulsavit, Marcus aut Sextus?
- Corporis quem partem pulsavit?
- Ubi pueri pugnaverunt?
- Cur pueri tam sordidi sunt?
- Qui pueri tam sordidi sunt?
- Quos Sextus vocavit?

2.- Compendium primae lectionis

Marcus, Titus et Sextus discipuli sordidis et umidis vestimentis domum revertuntur, quia per imbrem ambulauerunt. Sextus os Marci pulsavit et sanguis ei naso fluit. Marcus et Sextus etiam faciem et manus et genua sordida habent quod in pugna humi iacuerunt.

Lectio tertia

1.- quaestiones

- Quid non verum Marcus dicit? Ille se bonum puerum fuisse et laudatum esse dicit.
- Cur Marcus non omnia audivit? Quod, magistro recitante, Marcus dormiuit.
- Quo modo mali discipuli puniti sunt? Omnes a magistro verberati sunt.
- Quid Marcus parentibus ostendit? Marcus tabellam non suam sed alienam parentibus ostendit.
- Quando Marcus mentitur? Marcus verum nunquam dicit.
- Cur Iulius Marcum non credit? Iulius Marcum non credit quod eum discipulum pigerrimum esse scit.
- Cur vero Aemilia Marcum credit? Non difficile est matrem Marci fallere.
- Cur Iulius respondere non potest? Iulius respondere non potest quod aliquis ianuam pulsat.

2.- Compendium primae lectionis

Marcus postquam vestem mutavit matrem salutatur. Ea inquit: "in ludone quoque bonus puer fuisti?". Marcus mentitur quod non bonus sed improbus puer fuit. Iulius tunc: "quid inquit magister vos docuit hodie?" Marcus dicit se nihil audivisse praeter initium. Iulius Marcum dormivisse dicit sed Aemilia ei non credit. Marcus parentibus tabellam ostendit. Haec pulcherrimis litteris scripta est. Marcus iterum mentitur, nam tabella non sua sed aliena est. Iulius dubitare incipit sed Aemilia nihil dubitat. Non difficile est matrem Marci fallere. Aemilia: "nonne ceteri discipuli recte scripserunt?". Marcus dicit: "ego solus laudatus sum". Iam Iulius qui Sextum discipulum industrium ac prudentem esse scit, Marco non credit et "falsa sunt — inquit — omnia quae nobis narravisti". Aemilia vero: "cur non credis filio tuo?. Aliquis tunc ianuam pulsat.

Vocabularium (Carmen)

Mundus –a –um <> sordidus –a –um

Candidus –a –um = albus, ut nix

Vestis –is = vestimenta

Angustus –a –um <> latus –a –um

Genu –us = pars corporis in medio crure sita.

Humus –i; humi (loc.) = terra; in terra

Cruor –oris = sanguis

Conspicere = videre

Vincere = alter alterum in pugna superat

Fallere = falsus esse verbis aut factis, mentiri

Cornu –us = pars capitis bovum

Bos bovis = animal, ut taurus

Excusare <> accusare

Pugna –ae < pugnare

Indignus –a –um = non dignus

Non decet = indignum est

Sordes –ium < sordidus

(vestem) ponere = induere

Interim = dum haec aguntur

Solum –i = pars villae sub pedibus / supra quam ambulamus

Aliquis, aliquid = nescio quis / quid

Ait = dicit

Postquam <> antequam

Falsus –a –um <> verus –a –um

Mentiri = falsum dicere

Multa = multae res

Cetera = ceterae res

Omnia = omniae res <> nihil

Haec = hae res

Falsa = res falsae

Qua de causa = cur?

Credere = verum esse putare

Tabella = tabula parva

Dubitare = incertus esse; dubitare (de+abl / inter +acc) <> credere

Colloquium (Iohanni)

de pugna

Marcus, Anna, Antonius in via colloquuntur

Ma Hercle! heri audivi magistrum a patre Petri pugnis pulsatum esse!

An Credo haec falsa esse, nam pater quem dicis cognosco. is homo probus est. Magister autem vir validior est quem nos valde metuimus.

Ant Etiam Petrus a magistro saepe laudatus est!

Ma mihi credite, amici, aliquis in taberna vestiaria dixit eum pulsatum esse.

Ann qua de causa iniuriam magistro pater fecit?

Ma nescio, nec vero decet patrem magistrum pulsare antequam pater eum audit.

Ann quid autem magister fecit?

Ma is, ut scitis, fortior est quam miser Petri pater, vir minimus atque tenuis. Manibus enim se defendit. «tempus est», ait magister, «patres magistro parere, id tibi docebo!» Tum parvam alapam (=colaphum) patri dedit et is, qui magna voce clamabat, subito tacuit. «Esto tranquillus, amice et domum redi!», inquit magister, «non te oportet magistrum iniuriare antequam cognoscis si validior es tu quam is.»

Ant Sed ipse de aliquo adhuc dubito. Cur in ludum pater venit?

Ann Cum in via Petro mane occurri, hic tandem causam pugnae dicit. «Mentitus sum» ait, «omnia quae patri de magistro improbo narravi falsa sunt. Numquam me magister pulsavit neque punivit».

Synonima: vereor, timeo.

Capitulum XXII. Cave canem

I Laureano

1.- Quaestiones

- .- Quid est ostiarii officium? Ostiarius, ianitor etiam appellatus, est servus qui villam custodit.
- .- Cur canem catena vincire necesse est? Quod canis prope tam ferox quam lupo est.
- .- Qua ex re fores et catenae digitorumque anuli facti sunt? E ligno fores, e ferro catenae anuli et ex auro digitorum anuli facti sunt.

- .- Cum ianitor dormit, quis ianuam custodit? Ianitore dormiente, canis vigilans ianuam custodit.
- .- Quis est tabellarius? Sic appellatur servus qui epistulas fert.
- .- Qua causa sic appellatur? Tabellarius appellatur quod antea in tabellis epistulae scribebantur.
- .- Quod nomen tabellario est? nomen non facile dictu est: Tlepolemus nominatur.
- .- Quo tabellarius villam intrare vult? Tabellarius erum salutatum venit.

2. Compendium primae lectionis

Ostiarius vel ianitor appellatur servus qui villam custodit. Ostiarius enim, si aliquis intrare vult, fores aperit eumque in villam admittit.

Ille intra ianuam cum cane sedet. Canis catena vincitur. Anuli catenae ex ferro facti sunt sed anuli qui digitos ornant non ex ferro sed ex auro facti sunt. Fores tamen e ligno factae sunt. Homines qui res ferreas vel ligneas faciunt fabri apellantur eorumque deus Vulcanus est. Ianitore dormiente, tabellarius, servus qui epistulas fert, baculo ligneo fores pulsat. Cane latrante, ianitor e somno excitatur et clamat: “quis fores nostras sic pulsat? Tabellarius: “ego pulso” Ianitor (intra ianuam) multa simul rogitat. Tabellarius (extra ianuam) dicit : “admitte me. Postea respondebo ad omnia”. Sed ianitor: “responde prius -inquit- postea admitteris” Tunc tabellarius: “mihi nomen Tlepolemus est, Tusculo venio et erum tuum quaero”. Ianitor etiam multa opponit. Tandem Tlepolemus dicit: “tabellarius sum”.

II Carmen

Colloqu Luciano

COLLOQVIVM

Capituli uiginti et alterius

- Quot fores ianua uillae habet?
- Ianua uillae e duabus foribus constat.
- Quo modo appellatur seruus cuius officium est fores aperire et claudere?
- Is ostiarius aut ianitor appellatur.
- Vbi cum cane suo ianitor sedet?
- Ianitor intra ianuam sedet.
- Ex qua facta est catena qua canis uincitur?
- Canis catena e ferro facta est.
- Quis est deus fabrorum?
- Vulcanus deus fabrorum est.

- Quo modo appellatur seruus qui epistulas fert?
- Is tabellarius appellatur.
- Quando tabellarius ad omnes quaestiones ianitoris respondebit?
- Antequam ab ianitore admissus erit.
- Quod nomen tabellario est?
- Tabellarius Tlepolemus nominatur.
- Quid agit canis iratus?
- Canis pallium tabellarii dentibusprehendit et tenet.
- Cur tabellarius procedere non audent?
- Quoniam canis fremens eum loco se mouere non sinit.
- Ad quem tabellarius epistulam affert?
- Ad Lucium Iulium Balbum.
- Quo ianitor epistulam, quam accipit e tabellario, fert?
- Ad dominum suum qui in atrio est.

Vocabularium (Iohanni)

fores: 'ostium, ianua' vocabula synonyma sunt

verti= circum moveri

si quis= si aliquis

vincire : aliquis se mouere non potest, quod catena eum vincit. Contrarium ei est solvere.

constat: cum partes alicuius dicimus, ut vocabulum e syllabis constat

claudere <> aperire

quin?= cur non?

-tum : supinum, quo finem meae voluntatis dico.

prius <> postea

-tu: ablativus supini est, qui nonnullis adiectivis, sicut 'facilis' et similia, adiungitur

cavêre: dicitur cum non fieri aliquid cupimus.

arbitrari = putare

nuper: paulo ante

hic haec hoc: id quod apud me est

cane vincto = postquam canis vinctus est